

vacua non fuit, ex qua negligentia gravia, ut plurimum, sequuntur mala, ait Bernardus *serm. de septem. donis Spiritus Sancti*, ubi committantia sunt in humano corde, negligentia sui, & curiositas cæterorum; malignatur quippe voluntas, ipso neglectu, quotidie deterior semetipsa.

19 Salamon enim, ut erudiret nos, quare mæna divino munere de Cælo dimissa ad primū solis radiū solveretur, ad ignem verò examinata durefceret, *sapientia c. 16. Vers. 28. ait*. Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio Solis calefactum, tabescebat, ut notum omnibus esset, quoniam oportet prævenire solem, ab benedictionem tuam, & ad orientem lucis, te adorare; ingrati enim fides, tamquam hyemalis glacies, tabescet; magnam ergo jacturam parit negligentia.

20 D. Bonaventura in tract. *parvum bonum arti*. primò agendo de vita purgativa, inter alia

hæc habet (arguat se animus de multiplici negligentia) sic recogitare debet homo, si in se fuerit negligentia cordis custodiendi, temporis expendendi, & finis intendendi; debet enim bene custodire cor, tempus utiliter expendere, & finem debitum in omni opere præcogitare; cogitare debet si fuerit negligens in oratione, in lectione, in boni operis executione; cogitare debet si fuerit negligens ad pœnitendum, ad resistendum, & ad proficiendum; debet enim summa cum diligentia, deslere, culpam commissam, repellere tentationem diabolicam, proficere de una virtute, in aliam, ut possit pervenire ad terram promissam; hæc Bonaventura, ex quibus aliisq; ibidem fufius descriptis, benè edocemur, de hoc magno effectu peccati negligentia, nempe hominem alioquin spiritualem, & virtutis profectum desiderantem, impediri à negligentia, ne in virtute proficiat.

ARTICULUS VIII.

An ex negligentia incurratur legalis culpa.

Non induco in quæstionem, utrum possit dari culpa legalis, sine Theologica, quæ in foro externo sit damnabilis, & in foro interno nullam culpam, seu peccatum involvat; nam posse dari, est Theologorum sententia, de qua *Lessius de Just. & Jure lib. 2. c. 7. dub. 6. nu. 26*. Potest enim contingere notabilis damnificatio proximi, ex tua naturali inconsideratione, inadvertentia, vel oblivione, ita ut pro foro conscientia, non tenearis ad restitutionem, & tamen in foro externo habeatur pro culpa lata, & cogaris à Judice, damnum reparare. *Sayr. Clau. regia lib. 10. tract. 3. c. 1. num. 10.*

2 Clarissimi Juris est, Negligentiam in jure, culpæ imputari, atque pro culpa poni, & puniri potest, in *l. cedere diem §. ult. de verb. signif.*, ubi dicitur, lata culpa, est nimia negligentia, idest non intelligere, quod omnes intelligunt, idem repetitur, in *l. latè eod.*, *l. quod Nerva ff. depositi*, *l. milites ff. de custod. reorum*, *l. magna negligentia ff. de verb. signif.*, *l. 1. §. bis quoque, ff. de act.*, & *oblig.*, *l. si fidejussor ff. mandati*, *l. impuberibus §. 1. de susp. tut.*, *l. Tutor, qui repert: §. competit ff. de*

administ. tutorum, *l. Magistratus ff. de administ. rerum ad civit. pertinent*, *l. nomina C. arbit. tut. Abbas in c. unico de commodato*. *Megala in p. 2. lib. 2. c. 31. num. 36. 38.*, *facit tex. in l. non potest dolo carere, qui imperio magistratus non paruit 159. ff. de reg. Jur.*, & *c. sepe contingit dist. 50.*, in *l. quod Nerva ff. depositi*. Culpa juridica describitur per hæc verba (Nam & si quis non ad eum modum, quem hominum natura desiderat, diligens est, nisi tamen ad suum modum curam in deposito præstat, fraude non caret,) ideoque est regula, quod negligentia absque culpa non datur, *Coccin. decis. 1330. num. 11.*, ideoque delictum sapit, *Coccin. decis. 890. num. 15.*, *Calvin. de equitate lib. 2. c. 193. num. 13.*

3 Et quod negligere, seu omittere id, quod alii ejusdem conditionis faciunt, ac facere consueverunt, aut tenentur, sit culpa, communiter tradunt D.D. *Surd. decis. 82.*, *Molina de Just.*, & *Jure tract. 2. disp. 293. n. 4.*, *Sayr Clau. Regia lib. 10. tract. 2. c. 14. à num. 5.*, *tract. 3. c. 1. num. 10.*, *Farinac. præct. Criminal. q. 88. à nu. 53.*, & *seqq.*, tangit *Barbosa ad c. cum gratia num. 3.*, & *seqq.*, de *commodato*, *Menoch. lib. 5. præsumpt. 3. num. 124. lib. 6.*,

lib. 6., *præsumpt. 23. num. 11.*, *Gratian. discept. for. c. 125. num. 1. 2. 15.*, *c. 354. num. 34. 36.*, *c. 677. num. 7.*, & *alibi passim*, *Bartol. latè in l. quod Nerva ff. depositi*; *Salicet in l. si nulla num. 4. 5. 6. C. de pignor. act.*, *Bald. in l. qui fortuitis num. 7. C. de pignor. act.*, *Immola in c. 2. num. 6. 12. de constit.*, *Jo. Bapt. Costa de remed. subsid. remed. 105. num. 3.*, *Sylvester V. Culpa num. 2.*, *Azor. instit. Moral. p. 3. lib. 4. c. 6. V. secundum est*, & *lib. 6. c. 4. V. porro in Jure civili*, & *seqq.*, ita custos carceris negligens in custodia, si carceratus aufugiat, dicitur esse in culpa; *Farinac. in præct. Crimin. quæst. 31. num. 10.*

4 Quotuplex autem sit hæc culpa, quæ est negligentia, seu ex negligentia, *Bartol. in l. quod Nerva ff. depositi*, distinguit quinque culparum species, latissimam, latiore, latam, levem, levissimam. *Bald. in l. qui fortuitis num. 7. C. de pignor. act.*, quatuor ponit species culpæ, latiore, latam, levem, levissimam; Canonistæ verò communiter, tres tantum distinguunt culpas, latam, levem, levissimam, de quibus remissivè, *Barbosa ad c. cum gratia num. 3. de commodato*, *Azor. instit. Moral. p. 3. lib. 4. c. 6. V. sciendum*, *Sylvester V. culpa num. 2.* dicunt, quod culpa latissima de qua *Bartol.*, est dolus verus, quando quis voluntariè, & scienter machinatur ad circumveniendum alterum, quæ dolo æquiparatur: *l. si fidejussor. ff. mandati glos. in c. ad falsariorum in V. negligentia de crim. falsi*, Culpa latior, est dolus præsumptus, quo quis, si non voluntariè, saltem scienter, molitur in damnum alterius; Culpam verò latam, levem, levissimam, excludere utrunquè, scilicet scientiam, & voluntatem, sed esse ignorare id, quod scire tenetur, aut cæteri ejusdem conditionis sciunt.

Verum quia in iis quinque speciebus culparum, benè potest distingui negligentia, & omissio, vel culpabilis tantum sit, vel dolosa, de iis omnibus est aliquid tangendum.

5 Latissima ergo culpa, quantum facit ad præsens institutum est negligentia, qua quis scienter, & voluntariè omisit facere aliquid ad circumveniendum, & decipiendum alterum, quam his verbis explicat *Cagnol. in l. contractus ff. de reg. jur. num. 6.*, quod sit eorum, qui ex versuto, & malo proposito, animoque perfido alienas res, vel negotia, affectata quadam improvidentia malignè, vel negligunt, vel dissimulant, cum in rebus

fuis sint providi, & diligentes, & qui veritatem, sub negligentia vitio, ita subinvolvunt, ut manifesti quidem doli crimen, colore, velamineque desidia à se se ammoveant; doli tamen machinatione, fraudeque non carent; latior verò est, qua quis scienter, sed non voluntariè, omittit aliquid, ex quo alter decipitur, & circumvenitur, & dicitur (dolus præsumptus), quia ex quo, qui negligit, sciebat ex tali omissione alterum esse decipiendum, tenebatur non omittere, & præsumitur voluntariè omisisse. Culpa lata est, non intelligere, quod omnes intelligunt, aut nescire, quod omnes sciunt, *l. latè ff. de verb. signif.*, qua propter, vel ipsum non intelligere, proveniat ex negligentia, vel sit ipsa negligentia, juxta illud *Psal. 35. noluit intelligere, ut benè ageret*, idest quomodo benè ageret; vel tandem negligentia ex tali ignorantia sequatur, culpa lata, dicitur, ex quo omittit facere, quod omnis homo prudens facit; hanc explicat *Cagnol. in d. l. contractus num. 7. ibi*, secus est in lata culpa, ignavia, quæ sub nomine desidia, & negligentia cadit, ut quæ supinam negligentiam referat, aut vitium naturæ parum perspicacis, vel ex prava educatione contractam, cui, culpa adscribi poterit, supina, securitas improvida, immò nulla gerendarum rerum cura, reprehensa erroris facilitas, & pariter *num. 12. 13. & 14.* latius explicat, quando culpa ex negligentia dicatur lata, levis, vel levissima. Culpa levis est omittere id, quod prudens, & diligens pater familias facit. Culpa levissima est omittere id, quod homines diligentissimi facere solent, *l. si putator ff. ad leg. aquil. l. divus ff. de off. præsidis.*

6 Utrum quando lex, aut Statutum, in pœnalibus, requirit dolum, sufficiat culpa lata, quæ dolo æquiparatur *c. 1. dist. 86. c. placuit. 11. q. 3.*, *l. si quas C. de off. Præfecti orient*, quam difficultatem discussit *Cagnol. in d. l. contractus ff. de reg. Jur. num. 8.*, & non sufficere resolvit *per tex. in l. 1. ff. ad legem Corneliam de Sicariis*, ubi habetur, quod in pœnalibus, dolus pro facto accipitur, sique requiritur factum positivum, nec sufficit negativum, ut in negligentia, *Farinac. præct. crim. q. 126. num. 50.*, & *latè q. 87. num. 18.* ubi prius *num. 14.* constituerat regulam, quod culpa lata regulariter, æquiparatur dolo, tamen *num. 17.* declarat regulam habere locum in contractibus, & *num. 18.*, secus autem in

delictis, seu actionibus, ex delicto descendentes, ubi culpa lata non æquiparatur dolo, *Tiraquet. de penis temp. causa 14. num. 7.*

7 Ratio autem esse potest, quia cum dolo alius sit in committendo, alius in omitendo, de quibus *Farinac. q. 12. num. 22.*; & gravius, sit delictum in committendo, quam in omitendo, *c. ad falsarium ad fin.*, ibi malitia gravius, quam negligentia, puniatur de crimin. falsi, *Farinac. loco supra num. 23.* ad effectum infligendi pœnas graviores, *Menoch. de arb. Jud. lib. 2. c. 201. num. 21.*, & *c. 314. num. 16.*, *Mascard. de prob. concl. 935. nu. 13.* 14., *Valerius de diferent. utriusque fori V. damn. different. 1. num. 13.* V. *Tertio limita*, ubi rationem reddit, majoris gravitatis, licet ad effectum irritandi, & vitandi rescripta, fortè sint æqualia, & tradit per *Menoch. de arbit. Jud. lib. 2. c. 201. num. 18.*, & *seqq.*, sequitur jura, & statuta intelligenda de dolo graviore; cum igitur nostrum institui um sit, de negligentia, & sic de dolo in omitendo, de negligentia autem dolosa, non intelliguntur jura, & statuta pœnalia.

8 Et ex eadem ratione, si testator remittat, generali loquutione administratori tutori, vel curatori, dolum præteritum; hanc remissionem intelligendam esse, de dolo minus gravi, idest in omitendo, non autem in committendo, *Covar. var. resol. lib. 2. c. 14. nu. 9.* V. *primum nunquam*, & *seqq.*, *Farinac. in fragm. crim. p. 1. V. dolus num. 156.*, V. *in generali remissione*, & *iterum in p. 2.*, V. *juramentum n. 1104.*, V. *nunquid autem expressè.*

9 Ita pariter, cum negligentia sit culpa, de ea tamquam quid odiosum, strictè est interpretandum, juxta regulam odia de reg. Jur. in 6., *Hinc glos. in c. irrefragabile in V. per capitulum ad fin.* notat, quod data consuetudine, ad capitulum pertineret jus corrigendi in Ecclesia Cathedrali, si Capitulum sit negligens, tunc Jus corrigendi devolvitur ad Episcopum, attamen quia hoc est in pœnam negligentia, strictè debet summi; idè Episcopus in eo casu corrigit, de consilio Capituli, quia licet Capitulum propter negligentiam perdidit jus corrigendi, non tamen perdidit jus commune, quod debet cum Episcopo in talibus interesse; similis pariter casus est in *c. ne pro defectu de elect.*, ubi si Capitulum per negligentiam perdidit Jus eligendi activè, non tamen perdidit Jus, ut eligi possint Canonici, passivè, ut notat *glos. final. ibid. ex reg.*

quod nemo debet dupliciter puniri, cum pœna sint restringendæ, & sic molendæ *c. pœna de pœnit. dist. 1.*

10 Notanda est quoque differentia, inter forum conscientia, & forum externum, quoad considerationem hujus culpæ, in omitendo, & obligationem, quæ ex tali culpa oritur; nam in foro conscientia, quis tenetur solum de dolo, & lata culpa, extra contractibus; in contractibus verò, & quasi contractibus, tenetur etiam de culpa levi, non autem levissima, regulariter, nisi in aliquibus casibus, de quibus infra in suis locis, de negligentia in particulari; at in foro externo, etiam extra contractus, quis tenetur de culpa levi, & levissima *Clar. q. fin. q. 62. num. 5.*, ubi *Bajard. in addit. num. 25.*, cujus adnotationes ostendunt differentiam in contractibus, & extra contractus *Innoc. in c. sicut dignum n. 5. de homic.*, *Roman. singular. 105.*, *Abbas in c. 1. num. 19. de constitut.*, *Sot. de Just.*, & *Jur. lib. 4. q. 7. art. 2. §. dubium autem*, & post alios *Valer. de diff. utriusque fori V. damn. diff. 1. num. 1.* ubi *num. 2.* rationem affert, quia in foro externo, ex culpa levi, & levissima potius obligatur in pœnam, quam debeat damnum, ad quod in foro conscientia requiritur culpa mortalis; pœna autem, in foro conscientia non debetur, nisi post sententiam.

11 Limita primò. Si negligentia adscribetur casui fortuito; in quo casu, non adscribitur culpæ, & negligens non tenetur ad ea, *glos. in c. 1. V. Archidiaconus de officio Archid.*, *Bald. conf. 222. lib. 2.*, *Castrens in l. videamus ff. locati*; *Rota in Romana damnorum coram Virilli decis. 289. num. 14. tom. 1. p. 5. recent.*

12 Limita secundò. Si diligentia certò nihil prodesset, quia tunc negligentia non imputatur, *l. fin. §. si ea conditione ff. ad leg. Rbodiam de jact.*, *Bellet. disquisit. Cleric. tit. de discipl. cleric. §. 2. num. 15.*, & ratio est, quia tunc non tenetur ad ea; nemo enim obligatur ad actum inutilem: *l. 2. in fine ff. si quis in Jus vocatus non inveniet*, *Tusob. in V. Frustratoria concl. 520.*

13 Notandum pariter, quod levis omisso, quamvis regulariter non vitiet actum, *l. 1. ubi Bartol. ff. de ventre inspiciendo*, tamen si id quod omittitur sit de forma, tunc vitiat actum *c. cum dilecta*, & ibi *Felin. num. 56.*, & *Barbosa num. 2.*

Regu-

14 Regula quoque est in contractibus, quod si contractus fiat tantummodo in gratiam unius, ut commodati, depositi, tutela, administrationis bonorum Civitatis &c., tunc recipiens in gratiam alterius, tenetur tantum de culpa lata; at si in gratiam utriusque, ut si quis gerat tutelam, & ex ea lucrum, & mercedem recipiat, tenetur etiam de culpa levi, & quandoque levissima, ut in Procuratore ad lites, & causas, qui proficitur se sufficienter peritum, *tex. est in l. in rebus §. hæc ita ff. commodati*, & notat *glos. pluribus allegatis in l. contractus ff. de reg. Jur.*, ubi

ARTICULUS IX.

An soli Negligenti noceat negligentia.

Regula est, quod negligentia ipsemet negligentia noceat tantummodo, & non aliis, *Rota coram Corrad. decis. 337. num. 25. p. X. recent.*, *bonus tex. in l. non expediret §. si pupillus ff. de rebus auctor. Jud. possid.*, *l. electo verò §. ultimo ibi*, ne alterius dolus, aut desidia aliis noceat, *l. rem hereditariam in fin. ff. de evict.*; *l. mandatum detrahendorum in fine ff. mandati*, vel contra, *Calvin. de equitate lib. 2. cap. 147. num. 8. 11.*, sicuti factum unius, alteri nocere non debet *l. Imperatores 3. ff. de transact.*, ideoque *in l. si quis in suo §. fin. C. de inoff. testam.*, detestatur, & corrigitur Julii Pauli lex antiqua, quæ concedebat, filium hereditate materna privari, in odium paternæ culpæ, *concordat. l. sancimus C. de pœnis*; *l. crimen ff. de pœnis*, *l. Tutorem in fine ff. de bis quibus ut indignis*, *Barbosa axioma. 159. num. 2.*, *Odd. de restit. in integrum p. 1. quæst. 37. num. 122.*, ita negligentia unius ex colligantibus, non nocet alteri, *Rota decis. 518. num. 4. tom. 2. p. 5. recent.*, *Socin. conf. 273. num. 3.*, *Perez. de lara de annu.*, & *Capellis lib. 2. c. 2. sub num. 19.*, *Amat. decis. Ferrarien. Rotæ decis. 7. num. 7.*, & *Decis. 42. num. 4.*, *Bartol. Brix. in tract. qq. Dominical. quæst. 45. num. 3. 4. vol. 12.*, intellige tamen, si verè est negligens, idest poterat agere, & non egit, quia si non potuit agere, cum non sit negligens propriè, & formaliter, sed tantum omittens materialiter, sequitur quod negligentia, nec sibi nocere debeat.

& *Cagnol. num. 11.*, & recipiens in gratiam sui tantum, ut Commodatarius tenetur de levissima, saltem in foro externo, ut explicat *glos. in c. Unico Vers. de levissima de commodato*, Ubi plures D.D. allegati per *Barbosam num. 2. 3.*, *Sayr. Clavis regia lib. 10. tract. 3. c. 1. nu. 11. Vers. Quarta est*, dixi (in foro externo), quia pro foro conscientia communior sententia est, quod ubi non est culpa mortalis, ibi neque intret obligatio restituendi, sed an in casu dubio culpa sit gravis, debeat damnum reparare, vide *Dianam p. 4. tract. 3. resol. 30.*

ta superius dicta; *Foler. prax. censual. in Vers. hujusmodi fol. mibi 349. num. 97.*, *Surd. decis. 32. num. 9.*, *Centius de censibus p. 3. c. 1. quæst. 8. art. 2. num. 22.*, & *seqq.*, *Rota decis. 260. num. 14. p. x. recent.*, Ita si ex tua negligentia ego damnum patiar, tu teneris resarcire, ut ego server indemnis *c. fin. de injur.*, & *damnis*, *datis*, *glos. in l. si ex duobus ff. de negot. gest. ex quibus*. Sequitur primo, quod negligentia Notarii nocere non debeat partibus; *Burat. decis. 780. num. 4.*, *Seraph. decis. 1115. num. 5.*, neque ex omiſſa extensione, potest partibus obesse; *Burat. decis. 932. num. 2.* Sequitur secundò, quod negligentia Prælati in implemento, modi, non præjudicat Ecclesie, *c. verum de condit. apposit.*, ubi *glos. in Vers. conditione*, *Burat. decis. 7. num. 12.*, & rationem reddit *Barbosa in eodem c. verum num. 7.*, quia scilicet donatio sub modo, statim transfert Dominium, & modus non suspendit, sicut conditio, de qua dicam infra in secunda fallentia. Sequitur tertio, quod negligentia tutoris, non debet nocere pupillo, & minori, ideoque adversus lapsum fatalium, pupilli restituantur in integrum; *Barbosa in c. cum sit Romana num. 12. de appellat.* Sequitur quarto, quod negligentia debitoris, in recognoscenda scriptura contra se producta, & propterea in contumacia pronuntiata, à Judice haberi pro recognita, non noceat ejusdem debitoris hæredibus, qui possunt adhuc contra scripturam excipere, & contra eam se tueri; *Gait. de credito c. 2. tit. 9. num. 3269.* Sequitur

tur quintò, quod si testator mandavit per suos commissarios fieri Capellam, in Ecclesia, alias privat hæredes comodo hæreditatis, vel damnat ad præstandum mille; si Commissarii negligant facere capellam, non idè hæres cadit in pœnam, quia tale præceptum est injustum, & irrationabile argumentum *l. Pater familias testam. ff. de hæredibus instituendis*, & notat Bald. in *l. 1. sub num. 10. C. de bis que pœna nomine*, *Tusc. Vers. Negligentia concl. 36.*

Verùm quia quandoquè, qui non peccaverunt, mala patiuntur, & sepè justus perit, pro impio *c. in Sancta 41. de consecrat. dist. 1. intellige*, quod patiat, & pereat temporaliter, non æternaliter, nec spiritualiter, *ut glos. in d. c. in Sancta in Vers. quia perit*, punitur enim ex uno peccatore, populus, sicuti ex una Ove morbida, univèrsus grex inficitur, *c. sed illud dist. 45.*, ubi Cardinal. *Turrecrem. num. 3. 4.*, concordantias adducit; idè videndum est, an negligentia unius, alteri quandoque noceat, & sic notabimus fallentias, præmissæ regulæ.

2 Fallit igitur primò, posita regula (in eis, qui ex officio tenentur alios corripere, & corrigere) qui, vel ut videantur misericordes, vel ne fortè malè de illis loquantur, vel ex quacunque alia causa, omittunt, & negligunt corripere, & corrigere; quia ista negligentia eis nocet, qui merebantur corripere, vel quia diutius perseverant, in peccato, vel graviori afficiuntur culpa, vel ad alia facilius crimina properant, & tandem gravius puniuntur, *ut ex tex. in præcitato c. sed illud dist. 45.*, *c. rescandæ 24. quæst. 3.*, idè proverbiorum 23., negligens comparatur Rectori navis, dormienti in tempestate, & periculo; quia sicuti Rectoris navis dormitio, nocet cæteris in navi existentibus, cum omnes ex tali dormitatione, vel patiantur naufragium, vel saltem naufragii periculum subeant, ita, & prædicta negligentia ejus, qui tenetur ex officio alios corripere, eisdem nocet, *Turrecremata ad d. c. sed illud non otiose num. 2. 3. dist. 45.*, & est casus singularis *lib. 1. Regum c. 2.*, & 3., ubi Heli summus Sacerdos, quia neglexit corripere efficaciter filios, ipsi perierunt, & refert in *c. licet Heli. 32. de Simon.*, & latius in *c. sicut ii §. necesse dist. 47.*

3 Fallit secundò, in negligentia Prælati omissis implere conditiones, à donante, vel testatore, impositas, quæ negligentia nocet Ecclesiæ, quæ ob non implementum conditionis, non acquirit rem donatam, aut lega-

tam, *Gratian. discip. for. c. 517.*, & in hoc casu fallit *regula delictum de reg. Jur. in 6.*, ubi *glos. in Vers. delictum*, affert rationem fallentia; quia scilicet *tex. in reg. delictum* loquitur de delicto in committendo, nos autem loquimur de delicto in omittendo, & tunc delictum Prælati nocet Ecclesiæ, & est *tex. expressus in c. placuit 16. quæst. 3.*, ubi *glos. in Vers. negligunt*, & in *re emphyteutica*, ubi sit pactum resolutivum, quod negligentia Prælati, non solvendo canonem noceat Ecclesiæ; *Jo. Bapt. Costa de remed. subsid. remed. 48. num. 7.*, vel etiam quando Ecclesia, non habet conventum, sed solus est Prælati, qui tunc Ecclesiæ potest præjudicare, ut voluit *glos. in c. potuit de locato*, *Felin. in c. verum num. 9. de foro compet.*, *Barbosa in c. verum n. 7. in fine de condit. appof.*

4 Non obstat *c. licet in regulis 16. quæst. 3.*, ubi quod negligentia Prælati, divellere non potest diocesim semel constitutam. Primò, quia fallentia à nobis posita, est de non aquirendo; *tex. verò in c. licet in regulis tract. de amittendo*; nam causa damni vitandi potentior est, quàm causa lucri captandi; *l. verum §. fin.*, & ibi *Bart. ff. de min.*, & in *Auth. quas actiones num. 3. C. de sacros. Eccl.*; *Bellet. disquis. Cler. p. 1. tit. de Clerico debitore §. 2. nu. 12.*, & 14., in quo sensu pariter intelligenda sunt; *notata per Borbosam in c. cum propter nu. 5. de Jure Patro*; Secundò, quia ibi agitur, de præscribendis finibus diocesis, ad quem effectum, non quælibet negligentia, sed longissimi temporis, requiritur, ut infra dicam suo loco.

5 Nec obstat secundò *c. auditis de in integrum rest. ibi in fin.* (Utramque restituimus, ne alterutra pars, propter hujusmodi negligentiam, gravi jactura lædatur) quia immò nostra fallentia confirmatur, dum declaratur, quod Ecclesia læderetur, ex negligentia Prælati, nisi ei succurreretur, beneficio restitutionis in integrum; quod igitur non patitur damnum ex alio capite, est scilicet ex legis beneficio, idem beneficium reportans *c. cum venissent de in Integrum restit.*

6 Non obstat tertio *c. nihil prodest de præscrip.*, ubi quod negligentia Prælati non nocet Ecclesiæ, nec præjudicat successoribus, quia id intelligitur (currente tempore præscriptionis) at nimis præjudicat Ecclesiæ, & successoribus, quia currit tempus si compleatur præscriptio, *ut notat glos. in cod. c. nihil prodest in Vers.*

in *Vers. futuris*, ubi adducit ad id ferè totum titulum de præscrip.; *Gomes. ad reg. de Trienali post quæst. 28. casu. 48.*

7 Fallit tertio, in negligentia Procuratoris, quæ præciso dolo, nocet principali, *Benintend. decis. 26.*, *tex. est in l. si Procuratorem §. Tutores ff. mandati*, in *l. cum mandato 23. ff. de minor. l. denique §. fin. ff. eo*, *Merlin. decis. 362. num. 3.*, *Franc. in c. ex ratione num. 54. de appell.*, *Laderch. cons. 63.*, ubi quod minori propter negligentiam procuratoris, cõpetit restitutio in integrum, *Rota decis. 38. n. 1. p. 2. tom. 3. recent.*, *Marches. de commiss. rest. in integrum §. 1. num. 103.*, *Odd. de restit. in integ. p. 1. quæst. 13. art. 41.*, *p. 2. quæst. 89. num. 1.*; & *seqq.*, ubi quod imputet sibi, qui procuratorem negligentem eligit; fallit tamen, si principalis admonuit Procuratorem, *ut in decis. 387. num. 6. in Posthum. p. 2.*, *Farinac.*, & *Odd. d. quæst. 15. num. 49.*, Majori autem, non succurritur per viam restitutionis in integrum, nisi procurator usus esset dolo. *Crescent. decis. 7. de appellat. num. 7.*, etiam si Procurator non sit solvendo, quia Domino imputatur, qui negligentem Procuratorem elegit *num. 3.*, *Marches. de commiss. rest. in integrum §. 1. num. 123.*, *Rota coram Manzanedo post Marches. supra decis. 4. num. 1.*

8 Fallit quartò, in Tutoribus, seu Contutoribus, quia ubi plures sunt Tutores, alter verò dimittat alterum administrare, si hic sit negligens, de ejus negligentia ille tenetur, *tex. in l. si Procuratorem §. si Tutores ff. mandati*, & *facit totus tit. C. si Tutor, vel Curator non gesserit*, vel si Tutor, aut Curator constituisset factorem, vel actorem negligentem, quia tunc negligentia factoris, vel actoris præjudicat, & nocet ipsi constituti; *Borghin. de Tutore, & Curat. c. 1. num. 114. in fine l. qui plures ff. de aministr. Tutorum.*

9 Fallit quintò, in negligentia electi, quæ præjudicat eligentibus, ut non possint petere confirmationem; *Franc. ad c. cupientes §. cæterum n. 6. de elect.*, ut latius dicant infra parte secunda art. de negligentia electorū, & electi.

10 Fallit sextò, in negligentia hæredis non experientis jura sua, sed negligentia sua patitur rem præscribi, vel actiones hæreditarias tempore finiri; quæ negligentia nocet fidei-

commissario, ut est *tex. in l. si hæres la 2. §. si temporalis ff. ad Trebel.*, *Peregrin. de fideicom. art. 41. num. 18.*, & 19., ubi quod eo casu, hæres tenetur fideicommissario, de negligentia, & si hæres non esset solvendo, in subsidium daretur fideicommissario, regressus, adversus præscribentem, *bon. tex. in l. plane si filium la 2. §. qui rogatus ff. de leg. 1.*, *Gomez. ad reg. cancel. de trienal. post. q. 28. de casibus negligentia casu 43.*

11 Fallit septimò, in negligentia principalis debitoris, qui non solvendo tempore debito, nocet fideiussori *l. mora rei 88. ff. de verb. oblig.*, *Barbosa ad c. mora 25. num. 8. de reg. Jur. in 6.*

12 Fallit octavò, in Emphyteuta, qui cessans, ultra triennium, in emphyteusi laicorum, vel biennium, in emphyteusi Ecclesiastica, à solutione canonis, ita cadit à jure emphyteusis, ut non modo sibi, sed etiam aliis vocatis, & comprehensis præjudicat; *Clar. in §. emphyt. quæst. 8. num. 14.*, *Fulg. de emphyt. tit. de solut. canonis quæst. 1. num. 48.*

13 Fallit nonò, in negligentia hæredis, in solvendis legatis piis, vel debitis, testatoris; quia si non per se, saltem per accidens ex tali negligentia, anima testatoris diutius detineri potest in purgatorio, ob defectum suffragiorum, & orationum, quæ effunderentur ad Deum, à recipientibus oblationes *D. Thom. quolibeto. 6. art. 13.*, *Dominicus Soto in 4. dist. 45. q. 2. art. 3. Vers. quia suffragia*; *Sylvester Vers. testamentum 2. quæst. 9.*, *Graff. decis. aur. lib. 1. c. 26. num. 15. ad fin.*, *Barb. in c. in literis num. 3. de raptor.*, & in *reg. peccatum n. 7. 8. de reg. Jur. in 6.*, *Leoncil. de privileg. pauper. privileg. 116. num. 31.*, & dicam latius in artic. de hæredum neglig.

14 Fallit decimò, in casu *Clem. de beneficio, de præb.*, & *dignit.*, ubi negligentia Episcopi, nocet habenti expectativam ad primum beneficium vacans, conferendum ab Episcopo; nam si Episcopus negligat conferre, & labantur sex menses, ita ut collatio devolvatur ad Capitulum, vel alium Collatorem, tunc hæc negligentia Episcopi, nocet habenti expectativam, quia is, ad quem collatio devolvitur, potest cuique alteri conferre.